



+QK314
.L45




LIBRARY

Kenneth K. Mackenzie
Collection

RECEIVED BY
Kenneth K. Mackenzie
October 1934

Leyser

Elaeocarpus bilensis



FRIDERICI WILHELMII a LEYSER

F L O R A
H A L E N S I S

EXHIBENS

P L A N T A S

CIRCA

HALAM SALICAM CRESCENTES

S E C V N D V M

SYSTEMA SEXVALE LINNAEANVM

D I S T R I B U T A S.



HALAE SALICAE

S V M T I B V S A V C T O R I S
M D C C L X I .

+OK214

.L45

5650

PERILLVSTRI
EXCELLENTISSIMO
ATQVE
GENEROSISSIMO DOMINO
DOMINO
CAROLO FRIDERICO
WILHELMO
a BIEDERSEE
IN BVLLENSTAEDT, ILBERSTAEDT REL:
MAXIMI BORVSSORVM REGIS
CONSILIARIO REGIMINIS IN DVCATV
MAGDEBVRGENSI, COLONIARVM PALATINORVM
IN EODEM DVCATV COMMISSARIO,

MAECENATI, FAVTORI OMNI
PIETATIS CVLTV AD CINERES VSQVE
PROSEQVENDO.

VIR PERILLVSTRIS

EXCELLENTISSIME

ATQVE

GEROSISSIME



Hortis quidem veteres cum flo-
rum festiuissima varietate,
tum vero frugum suavitate & copia or-
natis deum quemdam tutelarem praefe-
cisse ut neminem eruditorum fugit, ita
T^v omnium minime ignoras, VIR ad or-

nandas iuuandasque litteras illustri loco
nate. Igitur & mihi Halensem Floru-
lam culturo circumspiciendum erat no-
men eiusmodi, a quo tutela illi firma fa-
tis & honorifica etiam praestaretur.

Quum enim Flora Halensis a variis
olim & eruditis botanicis culta, postea
autem per diuturnum tempus fere ne-
glecta fuisset, faciendum putavi, in istam
laetissimam segetem falcem immittere
denuo, flores iam fere desertos collige-
re, in areolas quasi quemque suas de-
scribere & formosissimum hunc exerci-

tum

tum percensere, atque adeo systematico
ordine quidquid naturae, almae matris,
largitatem est liberalitas Halensi vicinoque
agro spectantium oculis proponere.
Quod quidem dum omni, qua potui,
fide praestari allaborau, verendum ta-
men est, ne in nouo opere taxandum
atque in opifice reprehendendum inue-
nisse sibi nonnulli videantur. Quos non
melius modestiae & humanitatis monitu-
rum me esse, quam praefixo nuncupato-
rue quasi in ianua T A N T O N O M I N E fui
confisus. Ad Teigitur confugio, T V V M

honorifice, quod debo, implorans splen-
didissimum patrocinium.

Tu scilicet, VIR PERILLVSTRIS
quondam in hortulo varias peregrinas
easque rariores IPSE maxima diligentia
& indefesso studio triumphali manu edu-
casti & coluisti plantas. Nunc vero indies
grauissimis reipublicae negotiis obrutus
hisce deliciis adhuc vacare vix ac ne vix
TIBI conceditur. Neque tamen dubito,
ipsam memoriam castissimarum volupta-
tum olim a TE perceptarum multo TIBI
esse iucundissimam. Audeo igitur reuo-

care

care in mentem ista oblectamenta, au-
deo fateri, a TE ad hacc studia & inci-
tatum me esse & in iis tractandis egregie
adiutum. Scilicet Tv quondam ado-
lescenti mihi aditum ad instrumenta phy-
sica & mechanica, omniumque scientia-
rum libros, machinarumque adparatum
permisisti quam gratiosissime. Tv me
per plures annos singulari benevolentia,
immo liceat mihi dicere, candidissima
semper dignatus es amicitia. Veniam
igitur me fore impetraturum spero, Flo-
ram nostram dum TIBI consecro: satis

superque laborem impensum compensatum existimans, si hocce opusculum P E R -
ILLVSTRI T VO NOMINE haud plane
indignum iudicabis.

PERILLVSTRIS
EXCELLENTISSIMI QVE
NOMINIS TVI

MALAE SALICAE

MENSE OCTOBRI.

M D C C L X .

DEVOTISSIMVS GVLTOR
FRIDERICVS WILHELMVS a LEYSER.

PRAEFATIO.



rado Tibi iam in manus, Lector
Beneuole, Floram Halensem, li-
belli magnitudinem & molem si consideras,
eam quidem perexiguam, ad numerum autem
specierum in satis angusto spatio occurrentium
si respicis humaniter, certantem sane cum di-
tissimis, quibus quanta quanta est, Europa su-
perbit, Floris. Heus tu, fortassis ais, fal-
cem in alienam messem immisisti? Erras. Pau-
cas enim plantas extra trium milliarium spa-
tium occurrentes Florae nostrae inferui. Quod-
si tamen alienus etiam confinisque ager oculo
erranti in campis obtulerit vnam alteranue ra-
riorem

PRAEFATIO.

riorem plantam, extra oleas, quod aiunt, vagabar, tuaque in commoda enumerandam in hac tabula iure meritoque censem.

Systematice vero plantas disposui, sequutus sexuale Linnæi systema, & quidem eo ordine, quo in decima systematis naturae editione genera sese inuicem excipiunt, quippe qui ad examinandas & determinandas plantas supellectilis huius absolutissimæ peritis & gnaris aptissimus videtur & maxime adaequatus. Concisos generum characteres eosque, quantum fieri potuit, essentiales addidi, ut genera eo melius familiaria reddantur plantas in nostris regionibus lecturis, & opusculum cognoscendis plantis in herbationibus sufficiat.

Secus agendum existimauit de synonymis. Omisi enim ea, ne mole sua flores venantem premeret libellus. Scripsi enim potissimum amicis

PRAEFATIO.

micis plantas patrias mecum inuestigaturis, quibus, bibliotheca plerumque destitutis, synony-
ma parum vtilitatis adferrent: iisdem vero bo-
tanici in scientia hac omnium iucundissima versa-
ti tanto facilius carent, quanto ex auctoribus
illis esse notiora putandum est. Varietates ta-
men, ad faciliorem reddendam earum cognitio-
nem, synonymis distinxii.

Inprimis vero solum cuique plantae nata-
le, locumque specialissimum, quantum sine ma-
ximis ambagibus fieri potuit, adcuratissime indi-
caui; vt plantam quamdam inuestigaturus, si in
systemate bene versatus, examen genericum
cum specifico instituat, simulque ad locum na-
talem tempusque florendi adiectum respiciat, in-
certus vix dimittatur umquam; licet ultimae no-
tae neglectis prioribus lubricae sint & fallaces.
Nec frequentiam cuiuslibet speciei praetereun-
dam

PRAEFATIO.

dam existinaui, vt eo melius siue patri familias, siue medico pateat, sufficientem plantae copiam in vsum oeconomicum, medicum, vel alium liberali manu natura quaerentibus offerat nec ne; quam ob caussam etiam in officinalibus nomen pharmaceuticum adposui & partes, quae prostant, enumeraui.

Praeter vero has plures adhuc restant plantae a Floristis nostris, inter quos Knauthius & Buxbaumius eminent, enumeratae, a me nondum in loco ab ipsis significato visae aut collectae; has igitur ita Florae nostrae inserui, vt tamen semper auctores quasi testes in rem praesentem aduocarem, a quibus quondam obseruatae fuere. Scilicet & aliis haec, si qua est, inuentarum rerum gloria est relinquenda. Quare agite, amici, in haec ornamenta agri nostri magis recondita inquirite, & si quae de-

PRAEFATIO.

texeritis, audentes enim fortuna iuuat, mecum hanc felicitatem beneuole communicate, cum homine nimirum vt discendi cupidissimo, ita etiam gratissimo alienae industriae & liberalitatis aestimatorem.

Nouas, quibus Floram nostram auxi, species in fine cuiuscumque numeraui, vt lectori pateat, quid alii ante me praestiterint, & quid ego ad Florae nostrae contulerim incrementum. Nouae hae species, si ab aliis detectae mecumque beneuole communicatae fuere, nomina amicorum, a quibus primum obseruatae & inuentae, in fine adieci. Fautoribus hisce atque amicis debitas easque maximas persoluo gratias pro singulis plantis, quibus Floram nostram locupletarunt. Praecipue omnes Florae cultores illo amico summas habebunt gratias, qui indicum utilissimorum curam in se suscepit.

PRAEFATIO.

Ex hisce enim indicibus quilibet herbationem facturus, quorsum iter plantarum desideratarum caussa dirigat, facile habebit perspectum.

Hae pagellae masculis Florae si non displicant satellitibus, magis expolitam Halensem Floram, eaque ratione a me elaboratam expectent, cuius prodromum exhibui in praefatione ad sextam Iconum originalium hic produntium centuriam. Quod negotium tempus & vacationem requirere quilibet eiusmodi laborem adgredi ausus concedet quam lubentissime.

CLASSIS I.

MONANDRIA. MONOGYNIA.

HIPPVRIS. II.

Cal. o. Cor. o. Stigma simplex.

1. *HIPPVRIS (vulgaris)*. Linn. spec. 4.

Habitat in fossis & piscinis ad Passendorf, & alibi copiose: floret Maio.

SALICORNIA. IO.

Cal. ventriculosus, integer. Petal. o.

2. *SALICORNIA (virginica)* articulis apice compressis emarginatis bifidis. Linn. spec. 4. Icon. orig. cent. 6. *praeſt* *

Habitat ad piscinas prope Langenbogen; ad lacum salsum prope Seeburg copiolissime: floret Augusto. 1.

DIGYNIA.

CALLITRICHE. 13.

Cal. o. Petal. 2. Caps. 2 - locularis, 4 - sperma.

3. *CALLITRICHE (verna)* foliis superioribus ovalibus, floribus androgynis. Linn. Suec. 2 n.3.

α. *Stellaria aquatica*. Baub. pin. 141.

β. *Lenticula palustris* bifolia, fructu tetragono, Baub. pin. 362.

Habitat in fossis, & aquis pacatioribus copiosissime: floret Maio, Iunio. 2.

CLASSIS II.

D I A N D R I A.
MONOGYNIA.*a. Flores inferi, monopetali, regulares.*

LIGVSTRVM. 18.

*Cor. 4- fida. Antherae longitudine fere corollæ. Bacca 4- sperma.*4. LIGVSTRVM (*vulgare*). Linn. spec. 7. Icon. orig. cent. 5. cent. 7. praef.*H. ad sepes, & in dumetis copiosissime: fl. Iunio.*
SYRINGA. 22.*Cor. 4- fida. Antherae paruae. Caps. 2- locularis.*5. SYRINGA (*vulgaris*) foliis ouato-cordatis. Linn. spec. 9.*α. Syringa caerulea. Baub. pin. 398.**β. Lilac flore albo. Tournef. inst. 601.**H. in muris pomoeriorum frequens; ad sepes passim; in syluula Sebensi rarius: fl. Maio.**b. Flores inferi, monopetali, irregulares. Fructus capsulares.*

VERONICA. 25.

*Cal. 4- partitus. Cor. 4- fida, rotata: lacinia infima angustiore.**Spicatae.*6. VERONICA (*maritima*) spicis terminalibus, foliis ternis inaequaliter ferratis. Linn. spec. 10. Icon. orig. cent. 4. cent. 6 praef. **H. in pratis sylvaticis, & dumetis frequens: fl. Iulio, Augusto.*7. VERONICA (*incana*) spicis terminalibus, foliis oppositis crenatis obtusis, caule erecto tomentoso. Linn. spec. 10. Icon. orig. cent. 7.*H. in*

- H. in syluaticis *in der Heide*; *am Lindberg*; *ad Rosleben*;
Wangen frequens: fl. Julio, Augusto. 3.
8. VERONICA (*spicata*) spica terminali, foliis oppositis
 crenatis obtusis, caule adscendente simplicissimo. *Linn.*
spec. 10. Icon. orig. cent. 4.
- H. in locis gramineis apricis editioribus *ad Seben*; *Gutenberg*, & alibi frequens: fl. Julio.
9. VERONICA (*officinalis*) spicis lateralibus pedunculatis,
 foliis oppositis, caule procumbente. *Linn. spec. 11.*
Icon. orig. cent. 4.
- H. in montosis syluaticis sterilibus *in der Heide*; *ad Montem serenum* frequens: fl. Iunio, Julio.
- Officin. VERONICAE Herba.
Corymbo-racemosae.
10. VERONICA (*serpillifolia*) racemo terminali subspicato,
 foliis ouatis glabris crenatis. *Linn. spec. 12.*
- H. in pratis, & ad vias frequens; in cultis rarius: fl. Maio.
11. VERONICA (*Beccabunga*) racemis lateralibus, foliis
 ouatis planis, caule repente. *Linn. spec. 12.*
- H. ad fossas, & riuulos frequens: fl. Iunio, Julio.
- Officin. BECCABUNGAE Herba.
12. VERONICA (*Anagallis aquatica*) racemis lateralibus,
 foliis lanceolatis ferratis, caule erecto. *Linn. spec. 12.*
- H. ad fossas prope Passendorf; Seben; Gutenberg; Spi-
 ckendorf passim: fl Iunio.
13. VERONICA (*scutellata*) racemis lateralibus: pedicel-
 lis pendulis, foliis linearibus integerrimis. *Linn. spec. 12.*
- H. in inundatis & ad fossas prope Nietleben; Dælau, &
 alibi: fl. Julio. *Buxb. Kn. in syluae Ziegeirodanae hu-
 midis. Schreber.*
14. VERONICA (*Chamaedris*) racemis lateralibus, foliis
 ouatis rugosis dentatis sessilibus, caule debili. *Linn.*
spec. 13.
- H. in pomariis; pratis; dumetis copiosissime: fl. Maio.
15. VERONICA (*latifolia*) racemis lateralibus, foliis cor-
 datis rugosis dentatis, caule stricto. *Linn. spec. 13.*

H: in pratis syluaticis & dumetis *in der Heide*; im Tapelwerder ad Lettin; ad Seben passim: fl. Iunio. 4.

Officin. VERONICAE TEVCRII FOLIO Herba.

Pedunculis unifloris.

16. VERONICA (*agrestis*) floribus solitariis, foliis cordatis incisis pedunculo breuioribus. Linn. spec. 13.

H. in *aruis* & *cultis* frequens: fl. Aprili.

17. VERONICA (*aruensis*) floribus solitariis, foliis cordatis incisis pedunculo longioribus. Linn. spec. 13.

H. cum praecedente; in *pratis* & *pascuis* passim: fl. Aprili.

18. VERONICA (*bederaefolia*) floribus solitariis, foliis cordatis planis quinquelobis. Linn. spec. 13.

H. in *aruis* & *cultis*, copiosissime: fl. Aprili.

19. VERONICA (*triphyllus*) floribus solitariis, foliis digito-partitis pedunculo breuioribus. Linn. spec. 14.

H. in *aruis* & *cultis* copiose: fl. Martio, Aprili.

20. VERONICA (*verna*) floribus solitariis, foliis digitato-partitis pedunculo longioribus. Linn. spec. 14.

H. in *aridis apricis* passim: fl. Martio, Aprili.

21. VERONICA (*romana*) floribus solitariis subsessilibus, foliis oblongis subdentatis, caule erecto. Linn. spec. 14.

H. in *apricis montosis*: fl. Maio. Buxb.

GRATIO LA. 27.

Cor. 5 - fida, irregularis. *Stamina* 2 sterilia. *Cal.*

7 - phyllus: 2 exterioribus patulis.

22. GRATIOLA (*officinalis*) floribus pedunculatis, foliis lanceolatis serratis. Linn. spec. 17. Icon. orig. cent 5.

H. in pratis humidiuseculis ad Lettin; Lochau passim: fl. Julio, Augusto.

Officin. GRATIOLAE Herba.

VTRICVLARIA. 29.

Cor. ringens, calcarata. *Cal.* 2 - phyllus, aequalis.

23. VTRICVLARIA (*vulgaris*) neetario conico. Linn. spec. 18.

H. in

H. in piscinis pomoerii; fossis ad Passendorf: fl. Julio.
Buxb. Kn.

Plantam circa Halam a me nondum visam Lipsiae ad pagum Schoenefeld legi.

c. Flores inferi, monopetali, irregulares. Fructus gymnospermi.

VERBENA. 30.

Cor. infundibuliformis, subaequalis, curua: limbo semi-5-fido. *Calycis* vnico dente truncato.

24. VERBENA (*officinalis*) tetrandra, spicis filiformibus paniculatis, foliis multifido-laciatiis, caule solitario. Linn. spec. 20. Icon. orig. cent. 4.

H. in ruderatis aridis ad Gimritz; Giebichenstein, & aliibi frequens: fl. Julio, Augusto.

Officin. VERBENAE Herba.

LYCOPVS. 31.

Cor. 4-fida, subaequalis: lacinia vnica emarginata. *Stamina* distantia.

25. LYCOPVS (*europaeus*) foliis sinuato-serratis. Linn. spec. 21. Icon. orig. cent. 5. cent. 7. praef.

H. ad ripas fossarum, riuorum, piscinarum circa Dietitz; Nietleben; Doelau frequens: fl. Julio.

SALVIA. 36.

Cor. ringens, inaequalis. *Filamenta* transuerse pedicello adfixa.

26. SALVIA (*sylvestris*) foliis cordato-lanceolatis acutis, bracteis coloratis flore brevioribus. Linn. spec. 24.

H. in agrorum vinearumque marginibus an der Heide; ad Giebichenstein; Kelme; Rulsdorf: fl. aestate. Buxb. Kn.

27. *SALVIA (pratensis)* foliis cordato-oblongis crenatis: summis amplexicaulibus, verticillis subnudis, corollis galea glutinosis. *Linn. spec. 25. Icon. orig. cent. 5.*

α . *Gallitrichum sylvestre vulgo*, siue *sylvestris Sclarea*, flore purpureo cacrulcoue magno. *Baub. hist. 3. p. 311. d. & f.m.*

β . *Gallitrichum sylvestre*, flore maiore albo. *Baub. hist. 3. p. 312.*

H. in *pratis*; *pascuis*; *versuris agrorum*; *collibus copiose*: β . rarius: fl. Junio.

28. *SALVIA (Verbenaca)* foliis sinuato-ferratis, corollis calyce angustioribus. *Linn. spec. 25.*

H. in ruderaris & coemiteriis ad *Rulsdorf*; *Alstaet*; *Erdeborn*: fl. Julio, Augusto. *Rupp.*

d. Flores superi.

CIRCAEA. 24.

Cor. 2-petala. Cal. 2-phyllus, superus.

29. *CIRCAEA (lutetiana)* caule erecto, racemis pluribus. *Linn. spec. 9.*

H. in nemoribus vmbrosis ad *Schkeuditz*; *hinter Brenz*: fl. Julio, Augusto. *Buxb.*

D I G Y N I A.

ANTHOXANTHUM. 40.

Cal. Gluma 2-ualuis, 1-flora. Cor. Gluma 2-ualuis, acuminata. Sem. 1.

30. *ANTHOXANTHUM (odoratum)* spica oblonga orata, flosculis subpedunculatis arista longioribus. *Linn. spec. 28.*

H. in *pratis* & *pascuis* copiosissime: fl. Aprili, Maio. 5.

CLASSIS III.

TRIANDRIA.
MONOGYNIA.

a. Flores superi.

VALERIANA. 43.

*Cal. o. Cor. 1-petala, 5-fida: basi hinc gibba,
supera. Sem. I.*

31. VALERIANA (*dioica*) floribus triandris dioicis, foliis pinnatis integerrimis. Linn. spec. 31.

H. in pratis viginosis ad Seben; Gutenberg; Teicha frequens: fl. Maio.

32. VALERIANA (*officinalis*) floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. Linn. spec. 31. Icon. orig. cent. 5.

H. in pratis sylvaticis humidis ad Passendorf; Seben; Gutenberg, & alibi frequens: fl. Iunio.

Officin. VALERIANAE MINORIS Radix.

33. VALERIANA (*Locusta*) floribus triandris, caule dichotomo, foliis linearibus, fructu simplici. Linn. spec. 33. var. a. Icon. orig. cent. 3.

H. in aruis inter segetes passim: fl. Maio.

IRIS. 57.

Cor. 6-partita: petalis alternis reflexis. Stigma-ta petaliformia.

34. IRIS (*germanica*) corollis barbatis, caule foliis altiore multifloro, floribus inferioribus pedunculatis. Linn. spec. 38.

H. in editioribus in der Heide; im Rocken- und Mittelholze rarius: fl. Maio.

Officin. IREOS NOSTRATIS Radix.

35. IRIS (*Pseudacorus*) corollis imberibus, petalis interioribus stigmate minoribus, foliis ensiformibus. Linn. spec. 38. Icon. orig. cent. 3.

8 TRIANDRIA MONOGYNIA.

H. ad ripas fossarum circa *Passendorf*, & alibi frequens: fl. Maio.

Officin. *ACORI PALVSTRIS* Radix.

36. *IRIS (sibirica)* corollis imberibus, germinibus trigonis, caule tereti, foliis linearibus. *Linn. spec. 39.*

H. in pratis unter dem Heidehause; ad *Canena*; *Lodersleben* rarius: fl. Maio.

GLADIOLVS. 55.

Cor. 6-partita: petalis superioribus 3 conuentibus, ringens. *Stamina* adscendentia.

37. *GLADIOLVS (communis)* foliis ensiformibus, floribus distantibus. *Linn. spec. 36. Icon. orig. cent. 2.*

H. in pratis syluaticis in der Heide; im Mittelholze rarius: fl. Iunio.

Officin. *VICTORIALIS ROTVNDAE* Radix.

b. Flores inferi.

POLYCNEVM. 51.

Cor. o. *Cal.* 5-phyllus, subtus 3-phyllus. *Sem.* 1, nudum.

38. *POLYCNEVM (aruense)* *Linn. spec. 35.*

H. in aruis arenosis ad *Gutenberg*; *Kelme*; *Teutschenthal*: fl. Iulio, Augusto. *Buxb. Rupp.*

c. Flores graminei, valuulis glumae calycinae.

CYPERVS. 61.

Glumae paleaceae, distiche imbricatae. Cor. o. *Sem.* nudum.

39. *CYPERVS (flauescens)* culmo triquetro nudo, vmbella triphylla, pedunculis simplicibus inaequalibus, spicis confertis lanceolatis. *Linn. spec. 46.*

H. in pratis paludosis ad *Giebichenstein*; *Seben*, & alibi frequens: fl. Iunio, Iulio.

40. *CYPERVS (fuscus)* culmo triquetro nudo, vmbella trifida, pedunculis simplicibus inaequalibus, spicis confertis linearibus. *Linn. spec. 46.*

H. in pratis humidis: cum praecedente.

SCIRPV S. 62.

*Glumae paleaceae, vndique imbricatae. Cor. o.
Sem. imberbe.*

Spica unica.

41. SCIRPV S (*palustris*) culmo tereti nudo, spica sub-ouata imbricata. *Linn. spec. 47.*
H. in inundatis; pratis & pascuis *vdis* copiose: fl. Maio.
42. SCIRPV S (*acicularis*) culmo tereti nudo setiformi, spica ouata bivalui, feminibus nudis. *Linn. spec. 48.*
H. ad piscinas prope *Bitterfeld* inter Comarum: fl. aestate. *Buxb.*
43. SCIRPV S (*fluitans*) culmis teretibus nudis alternis, culmo folioso flaccido. *Linn. spec. 48.*
H. in fossis & pratis *vdis* hinter der hohen Brücke: fl. Maio, Iunio. *Buxb.*

Culmo tereti polyftachio.

44. SCIRPV S (*lacustris*) culmo tereti nudo, spicis ouatis pluribus pedunculatis terminalibus. *Linn. spec. 48.*
H. in fossis & aquis stagnantibus ad *Passendorf*, & alibi frequens: fl. Maio.
45. SCIRPV S (*setaceus*) culmo nudo setaceo, spicis lateralibus subsolitariis sessilibus. *Linn. spec. 49.*
H. ad piscinas prope *Bitterfeld*: fl. aestate. *Buxb.*

Culmo triquetro, panicula foliacca.

46. SCIRPV S (*maritimus*) culmo triquetro, panicula conglobata foliacea, spicularum squamis trifidis: intermedia subulata. *Linn. spec. 51.*
- α. Gramen cyperoides panicula sparsa, maius. *Baub. pin. 6.*
β. Cyperus panicula compacta, e spicis teretibus crassioribus composita. *Scheuchz. hist. 400. t. 9. f. 9. b. d. b.*
H. α. in fossis in der Aue versus *Passendorf* copiosissime:
β. ad riuulum falsum prope *Giebichenstein* frequens:
fl. Iunio.

47. **S C I R P V S** (*syluaticus*) culmo triquetro folioso, umbella foliacea, pedunculis nudis supradecompositis, spicis confertis. *Linn. spec. 51.*

H. in syluaticis paludosis ad *Passendorf*; *Seben*; *Gutenberg* copiosissime: fl. Iunio.

ERIOPHORVM. 63.

Glumae paleaceae vndique imbricatae. Cor. o. Sem. lanigerum.

48. **E R I O P H O R V M** (*polystachion*) culmis teretibus, foliis planis, spicis pedunculatis. *Linn. spec. 52.*

H. in pratis viginosis ad *Seben*; *Gutenberg*; *Daelau* copiose: fl. Maio.

NARDVS. 65.

Cal. o. Cor. 2-ualuis. Sem. tectum.

49. **N A R D V S** (*stricta*) spica setacea recta. *Linn. spec. 53.*

H. in gramineis hinter *Nietleben* ad *Granau* copiose: fl. Iunio, Iulio. 6.

D I G Y N I A.

a. Flores uniflori vagi.

P A N I C V M. 70.

Cal. 3-ualuis: tertia dorfali minore.

50. **P A N I C V M** (*Crus galli*) spicis alternis coniugatisque, spiculis subdiuisis, glumis aristatis hispidis, rachi quinqueangulari. *Linn. spec. 56.*

α . Gramen paniceum, spica diuisa. *Baub. pin. 8. Scheuchz. hist. 49. d. b.*

β . Gramen paniceum, spica aristis longis armata. *Baub. pin. 8. Scheuchz. hist. 48. d. b.*

H. in cultis ad *Diemitz*; *Bischdorf*, & alibi frequens: fl. Iulio.

51. **P A N I C V M** (*sanguinale*) spicis adgregatis, basi interiore nodosis, flosculis geminis muticis, vaginis foliorum punctatis. *Linn. spec. 57.*

H. in

H. in *cultis*; *ollis* hortulanorum frequens: fl. aestate. 7.
ALOPECVRVS. 72.

Cal. 2-ualuis. *Cor.* 1-ualuis.

52. ALOPECVRVS (*pratensis*) culmo spicato erecto. *Linn.*
spec. 60.

α. Gramen phalaroides maius, s. italicum. *Baub. pin.* 4.

β. Gramen typhoides, spica angustiore. *Baub. pin.* 4.

H. α. in *pratis* & *pomariis* copiose: β. in collibus ad
Kelme; *Rulsdorf*: fl. Maio, Junio. *Buxb.*

53. ALOPECVRVS (*geniculatus*) culmo spicato inflecto. *Linn. spec.* 60.

H. in *inundatis*; *pratis humidis*; & ad *aquas* copiosissime: fl. Iunio, Iulio.

PHLEVM. 71.

Cal. 2-ualuis, linearis, truncatus: apice bicuspido. *Cor.* inclusa.

54. PHLEVM (*pratense*) spica cylindrica longissima. *Linn. spec.* 59.

H. in *pratis*; *versuris* copiose: fl. aestate. 8.

PHALARIS. 69.

Cal. 2-ualuis: valuis carinatis, longitudine aequalibus, corollam inclientibus.

55. PHALARIS (*phleoides*) panicula cylindrica spiciformi. *Linn. spec.* 55.

H. in *pratis* aridis siccis ad *Seben*; *Gutenberg* passim: fl. Iunio, Iulio.

56. PHALARIS (*arundinacea*) panicula oblonga ventricosa. *Linn. spec.* 55.

H. ad ripas *Salae*; *fossas*; *piscinas* copiosissime: fl. Iunio. 9.

MILIVM. 73.

Cal. 2-ualuis: valuis ventricosis, corolla maioresibus *Stigmata* penicilliformia.

57. MILIVM (*effusum*) floribus paniculatis dispersis multicisis. *Linn. spec.* 61.

H. in

H. in nemoribus vmbrosis ad *Seben*; *Liebenau* passim:
fl. Iunio.

AGROSTIS. 74.

- Cal. 2-ualuis*: valuis acutis, corolla paulo breuior. *Stigmata longitudinaliter hispida*.
58. *AGROSTIS (spica venti)* petalo exteriore arista recta stricta longissima, panicula patula. *Linn. spec. 61.*
Icon. orig. cent. 7. praef.

H. in agris praesertim secalinis *inter segetes* copiose:
fl. Iulio.

- 59.** *AGROSTIS (capillaris)* panicula capillari patente, calycibus subularis aequalibus hispidiusculis coloratis, flosculis muticis. *Linn. spec. 62.*

H. in *pratis*; *pomariis* copiose: fl. Iulio. 10.

Varietatem spiculis nonnullis viuiparis saepius legi *in der Heide in der Allee*.

- 60.** *AGROSTIS (alba)* panicula laxa, calycibus muticis aequalibus. *Linn. spec. 63.*

H. in montosis syluaticis *beym heiligen Brunn* ad *Schmon* passim: fl. Augusto. *Schreber. II.*

DACTYLIS. 80.

Cal. 2-ualuis, obtusissimus: altera valua longiore, carinata.

- 61.** *DACTYLIS (glomeratus)* panicula secunda glomerata. *Linn. spec. 71.*

H. in *pratis*; *pomariis*; *syluis* copiose: fl. Iunio, Iulio.

STIPA. 84.

Cal. 2-ualuis. Cor. 2-ualuis: valua exteriore arista terminali basi articulata; valua interiore mutica.

- 62.** *STIPA (pennata)* aristis lanatis. *Linn. spec. 78.*

H. in montosis apricis *in der Heide*; *am Lindberg*; *ad Kelme*; *Croellwitz*; *im Rockenholze* frequens: fl. Maio.

- 63.** *STIPA (iunccea)* aristis nudis, calycibus femine longioribus. *Linn. spec. 78.*

H. ad vias hinter Benstaedt; in collibus apricis ad Seeburg frequens: fl. Iulio.

b. Flores biflori vagi.

AIRA. 75.

Cal. 2-ualuis. *Flosculi* absque interiecto rudimento tertii.

Muticae.

64. A I R A (*cristata*) panicula spicata, floribus muticis pedunculo longioribus, glumis acuminatis inaequalibus. Linn. spec. 63.

H. in aridis siccis *ad vias & margines agrorum* copiose: fl. Iunio. 12.

65. A I R A (*caerulea*) panicula coarctata, floribus pedunculatis muticis conuoluto-subulatis, foliis planis. Linn. spec. 63.

H. in pratis & pascuis aquosis frequens: fl. Augusto.

66. A I R A (*aquatica*) panicula patente, floribus muticis laevis calyce longioribus, foliis planis. Linn. spec. 64.

H. ad riuulum falsum prope Giebichenstein; *an der Salzke*; ad lacum falsum copiose: fl. Iulio. 13.

Aristatae.

67. A I R A (*cespitosa*) foliis planis, panicula patente, petalis basi villosis aristatisque: arista recta breui. Linn. spec. 64.

H. in agris inter segetes: fl. Iulio. Buxb:

68. A I R A (*flexuosa*) foliis setaceis, culmis subnudis, panicula diuaricata, pedunculis flexuosis. Linn. spec. 65.

H. in montosis syluaticis *am Bischofsberge in der Heide; im Lindberge; Zorgs* frequens: fl. Iunio, Julio. 14.

69. A I R A (*caryophyllea*) foliis setaceis, panicula diuaricata, floribus aristatis distantibus. Linn. spec. 66.

H. in glareosis apricis hinter Brena: fl. Maio. Buxb.

MELICA. 76.

Cal. 2-ualuis. *Rudimentum* floris tertii inter flosculos.

70. MELICA (*ciliata*) petalis exterioribus ciliatis. Linn.
spec. 66.

H. in collibus *im Rockenholze*: fl. Iunio. B'xb. Kn.

Plantam a me & aliis diligenter quae sitam nondum obseruaui.

71. MELICA (*nutans*) petalis imberibus, panicula nutante simplici. Linn. spec. 66. Icon. orig. cent. 6. praef.

H. in syluaticis montosis *im Lindberg*; *Zorgs*; *Thierholze ad Benstaedt*; *Mittelholze paßim*: fl. Maio.

c. Flores multiflori vagi,

BRIZA. 78.

Cal. 2 - ualuis. Spicula disticha: valuis cordatis.

72. BRIZA (*minor*) spiculis triangulis, calyce flosculis (7) longiore. Linn. spec. 70.

H. *im Rocken - und Mittelholze*: fl. Iunio. Kn.

73. BRIZA (*media*) spiculis ouatis, calyce flosculis (7) breuiore. Linn. spec. 70.

H. *in pratis*; *pascuis* frequens: fl. Iunio.

74. BRIZA (*Eragrostis*) spiculis lanceolatis, flosculis virginati. Linn. spec. 70.

H. *in montosis ad Schmon*: fl. Iulio. Rupp.

POA. 77.

Cal. 2 - ualuis. Cor. ouata: valuis acutiusculis.

75. POA (*aquatica*) panicula diffusa, spiculis sexfloris linearibus. Linn. spec. 67.

H. *in pratis vallis*; *ad fossas*; *piscinas* copiose: fl. Iunio.

76. POA (*trivialis*) panicula diffusa, spiculis trifloris basi pubescentibus, culmo erecto tereti. Linn. spec. 67.

H. *in pratis*; *pascuis*; *ad vias* vbique: fl. per totam aestatem.

77. POA (*angustifolia*) panicula diffusa, spiculis quadrifloris pubescentibus, culmo erecto tereti. Linn. spec. 67.

H. *ad versuras agrorum*; *in pratis* frequens: fl. Maio, Iunio.

78. POA (*pratensis*) panicula diffusa, spiculis quinquefloris glabris, culmo erecto tereti. Linn. spec. 67.

H. in

- H. in *pratis* copiose: fl. Julio.
79. *Poa (annua)* panicula diffusa angulis rectis, spiculis obtusis, culmo obliquo compresso. *Linn. spec. 68.*
- H. in *pratis*; *fossis* hyeme inundatis passim: fl. Maio, Iunio.
80. *Poa (compressa)* panicula coarctata secunda, culmo obliquo compresso. *Linn. spec. 69.*
- H. in *pratis siccioribus*; *sterilibus*; *incultis* copiose: fl. Julio. 15.
81. *Poa (nemoralis)* panicula attenuata, spiculis subbifloris mueronatis scabris, culmo incuruo. *Linn. spec. 69.*
- H. in *syluaticis* caeduis im *Lindberg* passim: fl. Julio. 16.
82. *Poa (bulbosa)* panicula secunda patentiuscula, spiculis quadrifloris. *Linn. spec. 70.*
- H. in *collibus arenosis*; *muris*: fl. Maio. *Buxb.*

FESTVCA. 82.

Cal. biualuis. *Spicula* oblonga, teretiuscula.
Cor. oblonga: valuis mucronatis.

Panicula secunda.

83. *Festvca (ouina)* panicula secunda coarctata aristata, culmo tetragono nudiusculo, foliis setaceis. *Linn. spec. 73.*
- β. *Festuca* spiculis viuiparis. *Linn. spec. 2. n. 91.* β.
 H. in *collibus apricis aridis* copiose: β. in *asperis duris pomoerorum*; in *arce desolata Giebichenstein* frequens: fl. Maio, Iunio.
84. *Festvca (duriuscula)* panicula nutante inferne ramosa, spicis adscendentibus hispidis, foliis setaceis. *Linn. spec. 74.*
- II. in *pratis & pascuis* siccis frequens: fl. Iunio.
85. *Festvca (rubra)* panicula secunda, spiculis sexfloris aristatis: flosculo ultimo mutico, culmo semitereti. *Linn. spec. 74.*
- H. in *sterilibus* siccis *in der Heide*, & alibi frequens: fl. Maio, Iunio. 17.

Panicu-

Panicula aequali.

86. *FESTUCA (elatior)* panicula secunda erecta, spiculis subaristatis: exterioribus teretibus. *Linn. spec. 75.*
H. in pratis subhumidis fertilibus ad *Croellwitz* passim:
fl. Maio, Iunio. 18.
87. *FESTUCA (fluitans)* panicula ramosa erecta, spiculis subfessilibus teretibus muticis. *Linn. spec. 75.*
H. in paludibus & fossis interpratensibus ad *Passendorf*,
& alibi frequens: *fl. aestate.*

B R O M V S . 83.

Cal. 2 - ualuis. *Spicula oblonga, teres, disticha.*

Cor. oblonga: valuis infra apicem aristatis.

88. *BROMVS (secalinus)* panicula patente, spiculis ouatis:
aristis rectis. *Linn. spec. 76.* *Icon. orig. cent. 7. praef.*
H. in *agris*; *pomariis*; ad *vias* frequens: *fl. Iunio.*
89. *BROMVS (sterilis)* panicula patula, spiculis oblongis
distichis, glumis subulato-aristatis. *Linn. spec. 77.*
H. inter segetes; in *pratis*; ad *vias* copiose: *fl. Iunio.*
90. *BROMVS (inermis)* panicula patula, valuulis corollae
aristatis muticisque.

Gramen arundinaceum, loculis viridi-spadiceis lolia-
ceis breuius aristatis. *Scheuchz. hist. 266. t. 5. f. 18.*
med. d. b.

H. in pratis succulentis fertilissimis *im Fürstengarten;*
in den Pulverweiden frequens: *fl. Iunio, Julio. 19.*

91. *BROMVS (pinnatus)* culmo indiuiso, spiculis alternis
subfessilibus teretibus. *Linn. spec. 78.*
H. ad *margines des Rockenholzes* copiose: *fl. aestate.*
Schreber. 20.

A V E N A . 85.

Cal. 2 - ualuis. *Cor.* oblonga: valuis dorso ari-
sta contorta.

92. *AVENA (elatior)* calycibus bifloris, flosculo herma-
phrodito mutico, masculo aristato. *Linn. spec. 79.*
H. in *pratis vulgaris:* *fl. aestate.*

93. AVENA (*fatua*) panicula patente, calycibus trifloris flosculis basi pilotis. *Linn. spec. 80.*
H. in agris inter segetes copiose: fl. aestate.
94. AVENA (*flavescens*) panicula laxa, calycibus trifloris brevibus, flosculis omnibus aristatis. *Linn. spec. 80.*
H. in pratis; pomariis vulgaris: fl. Iunio, Iulio. 21.

ARVNDO. 87.

Cal. 2 - ualuis. Flosculi congesti. Cor. basi lanata, mutica.

95. ARVNDO (*phragmites*) calycibus quinquefloris, panicula laxa. *Linn. spec. 81.*
H. in fossis; lactibus; piscinis: ad ripas Salae copiosissime: fl. Augusto.

96. ARVNDO (*Calamogrostis*) calycibus unifloris, culmo ramoso. *Linn. spec. 82.*
H. ad ripas Salae inter virgulta salicum passim: fl. Iulio, Augusto.

d. Flores multiflori, insidentes receptaculi elongati dentibus.

LOLIVM. 90.

Inuolucr. 1 - phyllum, fixum. Cal. o. Spicula multiflora.

97. LOLIVM (*perenne*) spica mutica, radice perenni. *Linn spec. 83.*

H. in pomariis; ad versuras agrorum; ad semitas vbi- que: fl. aestate.

98. LOLIVM (*temulentum*) spica aristata, radice annua. *Linn. spec. 83.*

H. in cultis & agris frequens: fl. Iunio.

ELYMVS. 91.

Inuol. 2 - phyllum. Spiculae geminae. Cal. o.

99. ELYMVS (*caninus*) spica nutante arcta, spiculis rectis inuolucro destitutis: superioribus solitariis. *Linn. sys. 10. p. 879 suec. 2. n. 112. spec. 86. sub Tritico.*

H. in cultis; ad sepes frequens: fl. Iulio.

HORDEVM. 93.

Invol. 6 - phylum, 3 - florum.

100. HORDEVM (*murinum*) flosculis lateralibus masculis aristatis. *Linn. spec.* 85.

a. Gramen hordeaceum minus & vulgare. *Baub. pin.*
8. *Scheuchz. hist.* 14. d. b.

b. Gramen spicatum fecalinum minus. *Vaill. paris.* 83.
t. 17. f. 6. b. d. br.

H. in ruderatis; ad vias; sepes vbiue: fl. Iunio, Iulio.

TRITICVM. 94.

Cal. 2 - ualuis, subtriflorus, sessilis; *Receptaculi basis callosa.*

101. TRITICVM (*repens*) calycibus subulatis. trifloris acuminatis. *Linn. spec.* 86.

H. in *cultis* frequens: fl. Iulio.

Officin. GRAMINIS Radix.

CYNOSVRVS. 81.

Cal. 2 - ualuis, multiflorus. *Receptacula vnilate-*
ralia.

102. CYNOSVRVS (*cristatus*) bracteis pinnatifidis. *Linn.*
spec. 72.

H. in *pratis*; ad *vias*; *agros* passim: fl. Iunio.

103. CYNOSVRVS (*durus*) spiculis alternis secundis sessili-
bus rigidis pedicellatis. *Linn. spec.* 72.

H. ad littora lacus salini ad Ober-Roeblingen: fl. Maio.
Schreber. 22.

104. CYNOSVRVS (*caeruleus*) bracteis integris. *Linn.*
spec. 72.

H. in montosis sterilibus auf dem Vogelsberg ad Benstaedt copiosissime: fl. Aprili. 23.

105. CYNOSVRVS (*paniceus*) panicula subspicata, floscu-
lis simplicibus bizaristatis. *Linn. spec.* 73.

H. in *cultis*; *hortis oleraceis* vulgaris: fl. aestate.

TRI-

TRIGYNIA.

HOLOSTEVUM. 98.

Cal. 5 - phyllus. *Cor.* 5 - petala: petalis bipartitis. *Caps.* 1 - locularis, apice dehiscens.

106. HOLOSTEVUM (*umbellatum*) floribus umbellatis.
Linn. Spec. 88.

H. in agris requietis; muris limosis; ad aggeres copiose:
fl. Aprili.

MONTIA. 96.

Cal. 2 - phyllus. *Cor.* 1 - petala, irregularis. *Caps.* 1 - locularis, 3 - valuis, 3 - sperma.

107. MONTIA (*fontana*). Linn. Spec. 87.

H. in agris arenosis ad Brenae: fl. Maio. Buxb.

CLASSIS IV.

TETRANDRIA.
MONOGYNIA.*a. Flores monopetali, monospermi, inferi.*

GLOBULARIA. 106.

Cal. commun. imbricatus; proprius tubulatus.

108. GLOBULARIA (*vulgaris*) caule herbaceo, foliis radicalibus tridentatis; caulinis lanceolatis. Linn. spec. 96.
H. in montibus apricis ad Ketme; auf dem Vogelsberge ad Benstaedt copiose: fl. Maio.

b. Flores monopetali, monospermi, superi. Adgregati.

DIPSACUS. 107.

Cal. commun. polyphyllus. Receptac. conicum, paleaceum. Sem. columnaria.

109. DIPSACUS (*fullonum*) foliis sessilibus ferratis. Linn. spec. 97.
H. ad aggeres & circumuallationes agrorum circa Dietmitz, & alibi passim: fl. Iulio, Augusto.

110. DIPSACUS (*pilosus*) foliis petiolatis adpendiculatis. Linn. spec. 97.
H. ad Ketme; Müllerdorf, & alibi: fl. Iulio, Augusto. Buxb. Kn.

SCABIOSA. 108.

*Cal. commun. polyphyllus; proprius duplex. Receptac. elcuatum, subfoliaceum. Sem. coronata, inuoluta.**Corollulis quadrifidis.*

111. SCABIOSA (*Succisa*) corollulis quadrifidis aequalibus, cau-

caule simplici, ramis adproximatis, foliis lanceolato-ouatis. *Linn. Spec.* 98. *Icon. orig. cent.* 7. *praef.*

α . *Succisa glabra*. *Baub. pin.* 269.

β . *Succisa hirsuta*. *Baub. pin.* 269.

H. in pratis & sylvis subhumidis *in der Heide*; ad *Nietleben*; *Doelau*; *Gutenberg* passim: fl. Julio.

Officin. **MORSVS DIABOLI** Radix, Herba.

112. **SCABIOSA (aruensis)** corollulis quadrifidis radiantibus, caule hispido, foliis pinnatifidis incisis. *Linn. Spec.* 99. *Icon. orig. cent.* 3.

H. in pratis; *versuris agrorum vulgaris*: fl. Iunio.

Officin. **SCABIOSAE** Radix, Flores.

Corollulis quinquefidis.

113. **SCABIOSA (columbaria)** corollulis quinquefidis radiantibus, foliis radicalibus ouatis crenatis; caulinis pinnatis setaceis. *Linn. Spec.* 99.

H. in montosis siccioribus *an der Heide*, & alibi frequens: fl. Iunio & seqq.

114. **SCABIOSA (ochroleuca)** corollulis quinquefidis radiantibus, foliis bipinnatis linearibus. *Linn. Spec.* 101. *Icon. orig. cent.* 6.

H. in gramineis editioribus; *pascuis* siccis; *versuris* copiose: fl. Julio, Augusto.

c. *Flores monopetali, monocarpii, inferi.*

CETVNCVLVS. 135.

Cor. rotata. *Stam.* breuia. *Caps.* 1-locularis, circumscissa.

115. **CENTVNCVLVS (minimus)**. *Linn. Spec.* 116.

H. in agris arenosis *am Sandberge*; ad *Markranstaedt*: fl. Julio, Augusto. *Baub.*

PLANTAGO. 133.

Cor. limbo reflexo. *Stam.* longissima. *Caps.* 2-locularis, circumscissa.

116. **PLANTAGO (maior)** foliis ouatis glabris, scapo tereti, spica flocculis imbricatis. *Linn. Spec.* 112.

α . *Plantago latifolia sinuata*. *Baub. pin.* 189.

β . *Plantago latifolia glabra minor*. *Baub. pin.* 189.

γ . *Plantago latifolia*, spica multiplici sparsa. *Baub. pin.* 189.

H. ad vias; in pratis; pomariis vbique, γ . rarissime: fl. Iunio & seqq.

Officin. PLANTAGINIS Radix, Herba, Semina.

117. PLANTAGO (*media*) foliis ouato-lanceolatis pubescentibus, spica cylindrica, scapo tereti. *Linn. spec.* 113.

α . *Plantago latifolia incana*. *Baub. pin.* 189.

β . *Plantago latifolia hirsuta minor*. *Baub. pin.* 189.

H. in pratis & pasuis apricis; ambulacris hortorum copiose: fl. Maio, Iunio.

118. PLANTAGO (*lanceolata*) foliis lanceolatis, spica subouata nuda, scapo angulato. *Linn. spec.* 113.

H. ad vias; agros vulgatissima: fl. Maio.

119. PLANTAGO (*maritima*) foliis semicylindraceis integrerrimis: basi lanatis, scapo tereti. *Linn. spec.* 114.

H. in sabulosis sterilibus apricis ad lacum salsum; ander Salzke copiose: fl. aestate.

120. PLANTAGO (*subulata*) foliis subulatis triquetris stria-tis scabris, scapo tereti. *Linn. spec.* 115.

H. in collibus & marginibus vinearum arenosis ad Kelme; Müllerdorf; Rulsdorf: fl. Iunio. *Buxb. Kn.*

d. Flores monopetali, monocarpii, superi.

SANGVISORBA. 136.

Cal. 2-phyllo. Cor. plana. Germen inter calycem & corollam.

121. SANGVISORBA (*officinalis*) spicis ouatis. *Linn. spec.* 116. *Icon. orig. cent.* 4.

H. in pratis depresso in den Pulverweiden, & alibi copiose: fl. Iulio, Augusto.

Officin. PIMPINELLAE ITALICAE Radix.

e. Flo-

e. Flores monopetali, dicocci, superi. Stellatae.

GALIVM. 117.

Cor. plana. Fructus subglobosi.

Fructu glabro.

122. GALIVM (*palustre*) foliis quaternis obouatis inaequalibus, caulis diffusis. Linn. spec. 105.

H. in pratis vdis; ad ripas stagnorum; riuulorum; piscinarum copiose; fl. Iunio.

123. GALIVM (*vliginosum*) foliis senis lanceolatis retrorsum serrato-aculeatis mucronatis rigidis, corollis frumentu maioribus. Linn. spec. 106.

H. in campis & pascuis subhumidis; ad riuulos passim: fl. Iunio. 23. a.

124. GALIVM (*spurium*) foliis senis lanceolatis carinatis scabris retrorsum aculeatis, geniculis simplicibus, frumentibus glabris. Linn. spec. 106.

H. in agris rarius: fl. Maio, Iunio. Buxb.

125. GALIVM (*verum*) foliis octonis linearibus sulcatis, ramis floriferis breuibus. Linn. spec. 107. Icon. orig. cent. 6. cent. 7. praef.

H. in pratis; versuris agrorum; ad vias copiosissime: fl. Iunio, Iulio.

Officin. GALLII LVTEI Herba. (Coma potius).

126. GALIVM (*Mollugo*) foliis octonis ouatis linearibus subferratis patentissimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. Linn. spec. 107.

α . Mollugo montana latifolia ramosa. Baub. pin. 334.

β . Mollugo montana angustifolia, vel Gallium album latifolium. Baub. pin. 334.

H. α . in syluaticis montosis frequens: β . in pratis; ad versuras copiose: fl. Iunio.

127. GALIVM (*glaucum*) foliis verticillatis linearibus, pedunculis dichotomis summo caule floriferis. Linn. spec. 107.

H. in montosis apricis ad Seben; Gutenberg; Kelme passim: fl. Iunio. 24.

Fructu hispido.

128. **GALIVM** (*boreale*) foliis quaternis lanceolatis trinerviis glabris, caule erecto, seminibus hispidis. *Linn.* *Spec. 108. Icon. orig. cent. 5. cent. 7. praef.*
H. in pratis ad *Gimritz*; *Passendorf*; *Gutenberg* copiose; fl. Maio, Iunio. *Schreber. 25.*
129. **GALIVM** (*Aparine*) foliis octonis lanceolatis carinatis scabris retrorsum aculeatis, geniculis villosis, fructu hispido. *Linn. Spec. 108.*
H. ad *sepes*; in *cultis*; *ruderatis*; *umbrosis*. vulgatissimum; fl. Maio, Iunio.

ASPERVLA. 113.

Cor. tubulosa: limbo obtuso. *Fructus* subglobosi.

130. **ASPERVLA** (*odorata*) foliis octonis lanceolatis, florum fasciculis pedunculatis. *Linn. Spec. 103. Icon. orig. cent. 1.*
H. in syluaticis umbrosis ad *Seben* rarius: fl. Maio, Iunio.

Officin. MATRISYLVAE Herba.

131. **ASPERVLA** (*tinctoria*) foliis linearibus: inferioribus senis; intermediis quaternis, caule flaccido, floribus plerisque trifidis. *Linn. Spec. 104. Icon. orig. cent. 7. praef.*
H. in montosis syluaticis & dumetis *in der Heide*, & alibi copiose: fl. Iunio. 26.
132. **ASPERVLA** (*cynanchica*) foliis quaternis linearibus; superioribus oppositis, caule erecto, floribus quadrifidis. *Linn. Syst. 10. p. 891.*
H. in collibus aridis apricis ad *Giebichenstein*, & alibi copiosissime: fl. Iunio & seqq.

SHERARDIA. 112.

Cor. tubulosa: limbo acuto. *Fruct. coronatus.*
Sem. 3-dentata.

133. SHERARDIA (*aruensis*) foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus. Linn. spec. 102.

H. in aruis ad Seben; Gutenberg; Seeburg passim: fl. Iunio & seqq.

f. Flores tetrapetali, superi.

TRAPA. 146.

Cal. 4-partitus. *Nux armata* spinis 4, conicis, oppositis.

134. TRAPA (*natans*). Linn. spec. 120.

H. in stagnis limosis pomoeriorum; Buxb. ad Dessaui copiose: fl. Iunio.

Officin. AQUATICAE NVCIS fructus.

CORNVS. 139.

Cal. 4-dentatus, deciduus. *Drupa* nucleo 2-loculari.

135. CORNVS (*mas*) arborea, vmbellis inuolucrum aequantibus. Linn. spec. 117. Icon. orig. cent. 1.

H. ad vineas circa Rulsdorf; Hoenstet; in sepibus ad Schmon passim: fl. Martio.

136. CORNVS (*sanguinea*) arborea, cymis nudis. Linn. spec. 117.

H. in sepibus; dumetis; pomariis syluaticis copiosissime: fl. Mayo.

g. Flores incompleti inferi.

ALCHEMILLA. 153.

Cal. 8-fidus. *Cor.* o. *Sem.* 1, calyce inclusum.

137. ALCHEMILLA (*vulgaris*) foliis lobatis. Linn. spec. 123. Icon. orig. cent. 3.

H. in pratis ad Lochau; syluaticis ad Lodersleben: fl. Iunio. Buxb. Kn.

Officin. ALCHIMILLAE Radix, Herba.

DIGYNIA.

CVSCVTA. 156.

Cal. 4-fidus. *Cor.* 1-petala, 4-fida, ouata.*Caps.* 2-locularis, circumscissa.138. *Cvscvta (europaea)* floribus sessilibus. *Linn. spec.*124. *Icon. orig. cent. 7. praef.**α.* *Cuscuta maior.* *Baub. pin.* 219.*β.* *Epithymum,* s. *cuscuta minor.* *Baub. pin.* 219.
(*Epithymum*).*H.* *α.* in sepibus ad *Seben*; *Gutenberg* passim, praeципue in *Humulo Lupulo*: *β.* in editis aridioribus *in der Heide*, & alibi vulgaris, praesertim in *Thymo Serpyllo* parasitica: fl. Julio.*Officin.* *α.* *Cvscvtae Herba.* *β.* *EPITHYMI*
Herba.

APHANES. 154.

Cal. 8-fidus. *Cor.* 0. *Sem.* 2, nuda.139. *APHANES (aruensis).* *Linn. spec. 123.**H.* in *aruis arenosis vor dem Neumaerkischen Thore* passim: fl. aestate.

TETRAGYNIA.

SAGINA. 162.

Cor. 4-petala. *Caps.* 4-locularis, 4-ualuis, polysperma.140. *SAGINA (procumbens)* ramis procumbentibus. *Linn. spec. 128.**H.* in *pascuis sterilibus humidis; aruis; ollis hortulanorum* frequens: fl. Iunio, Julio.

POTIA

POTAMOGETON. 160.

Cor. o. Stylus o Sem 4, sessilia.

141. POTAMOGETON (*natans*) foliis oblongo-ouatis petiolatis natantibus. *Linn. spec. 126.*
H. in stagnis, fossis, piscinis ad Passendorf, & alibi copiosissime: fl. Iunio.
142. POTAMOGETON (*perfoliatum*) foliis cordatis amplexicaulibus. *Linn. spec. 126.*
H. in stagnis; lacubus; Sala fluuio frequens: fl. Iunio.
143. POTAMOGETON (*lucens*) foliis lanceolatis planis in petiolas desinentibus. *Linn. spec. 126. Icon. orig. cent. 5.*
H. in lacubus, stagnis, fossis, piscinis ad Passendorf & alibi vulgare: fl. Iunio.
144. POTAMOGETON (*crispum*) foliis lanceolatis alternis vndulatis ferratis. *Linn. spec. 126.*
H. in fossis; rinulis; Sala fluuio frequens: fl. Maio.
145. POTAMOGETON (*pectinatum*) foliis setaceis parallelis adproximatis distichis. *Linn. spec. 127.*
H. in Sala fluuio; fossis; paludibus passim: fl. Iunio.
146. POTAMOGETON (*pumillum*) foliis linearibus oppositis alternisque distinctis: basi patentibus, caule tereti. *Linn. spec. 127. Icon. orig. cent. 6. praef.*
H. in paludibus; fossis; Sala fluuio copiose: fl. Iunio.

CLASSIS V.

PENTANDRIA.
MONOGYNIA.

a. Flores monopetalii inferi, tetraspermi. Asperifoliae.

ECHIVM. 175.

Cor. irregularis, campanulata, supra longior: fauce nuda.

147. ECHIVM (*vulgare*) caule simplici erecto, foliis caulinis lanceolatis hispidis, floribus spicatis lateralibus. Linn. spec. 139. Icon. orig. cent. I.

H. in *glareosis*; *siccis*; *ruderatis*; ad *vias & agros* vbiique: fl. Iunio, Iulio.

PVLMONARIA. 169.

Cal. 5-dentatus, prismatico-5-gonus. Cor. infundibuliformis: fauce peruvia, nuda.

148. PVLMONARIA (*angustifolia*) foliis radicalibus lanceolatis. Linn. spec. 135. Icon. orig. cent. I.

H. in *sylvis in der Heide*; ad *Doelau*; *Lisskau*; *im Mittelholze vulgaris*: fl. Aprili, Maio.

149. PVLMONARIA (*officinalis*) foliis radicalibus ouatocotidis scabris. Linn. spec. 135. Icon. orig. cent. I.

a. Symphytum maculosum, f. Pulmonaria latifolia.
Baub. pin. 259.

B. Pulmonaria non maculosa folio. Baub. pin. 260.

H. in *nemoribus im Lindberg*; *Zorgs rarius*; ad *Liebenau*; *Lodersteben* passim, *B. rarissime*: fl. Aprili.

Officin. PVLMONARIAE MACULOSAE Herba.

LITHOSPERMVM. 166.

Cal. 5-partitus. Cor. infundibuliformis: fauce perforata, nuda.

150. LITHOSPERMVM (*officinale*) feminibus laeuis, corollis vix calycem superantibus, foliis lanceolatis. *Linn. spec. 102.*

H. in sylvis & ad margines earum ad Seben; Gutenberg; Doelau; im Mittelholze rarius: fl. Iunio.

Officin. LITHOSPERMI Semina.

151. LITHOSPERMVM (*aruense*) feminibus rugosis, corollis vix calycem superantibus. *Linn. spec. 132.* *Icon. orig. cent. 7. praef.*

H. in agris; cultis ubique: fl. Maio & seqq.

SYMPHYTVM. 170.

Corollae limbus tubulato-ventricosus: fauce clausa radiis subulatis.

152. SYMPHYTVM (*officinale*) foliis ouato-lanceolatis decurrentibus. *Linn. spec. 136.* *Icon. orig. cent. 1.*

H. in pratis humidis ubique: fl. aestate.

Officin. CONSOLIDAE MAIORIS Radix, Herba, Flores.

Varietas corolla purpurea apud nos rarissima circa Servitam vulgatissima est.

BORAGO. 172.

Cor. rotata: fauce clausa, coronata prominentiis 5, emarginatis.

153. BORAGO (*officinalis*) foliis omnibus alternis, calycibus patentibus. *Linn. spec. 137* *Icon. orig. cent. 3.*

H. in reiectamentis hortorum; ad sepes passim, indigena facta: fl. Iunio.

Officin. BORRAGINIS Herba, Flores.

LYCOPSIS. 174.

Cor. infundibuliformis: tubo curvato; fauce fornicate.

154. LYCOPSIS (*pulla*) foliis integerrimis, caule erecto, calycibus fructescientibus inflatis pendulis. *Linn. syst. 10. p. 916.* *Icon. orig. cent. 1.*

H. in

H. in aruis eorumque terminis ad *Giebichenstein*; *Seben*; *Gutenberg*; in arenosis sterilibus nudis *in der Heide* *beym Heidehause* passim: fl. Maio & seqq.

- 155.** *Lycopsis (aruensis)* foliis lanceolatis hispidis, calycibus florescentibus erectis. *Linn. spec. 139. Icon. orig. cent. 3.*

H. in agris inter segetes ad *Belberg*; *Woermlitz*, & alibi frequens: fl. aestate.

ASPERVGO. 173.

Cor. infundibuliformis: fauce fornicata. *Cal.* fructus compresso-palmatus: lamellis plano-parallelis, sinuatis.

- 156.** *ASPERVGO (procumbens)*. *Linn. spec. 138. Icon. orig. cent. 3.*

